



Coimisiún na Scrúduithe Stáit
State Examinations Commission

Leaving Certificate Examination 2023

Latin
Higher Level

Monday 26 June Afternoon 2:00 – 5:00

400 marks

1. Answer **either** Section A **or** Section B.

[75]

A. Translate into Latin.

In the morning, the commander of the fleet saw the enemy approaching in the distance. He immediately called together the sailors and ordered them to prepare to fight the enemy. However, when the men saw the enemy fleet, they were so terrified that they were unwilling to seize arms. The commander was very angry and spoke to his men as follows: 'Unless you prepare to attack the enemy without delay, the Roman people will believe that you are traitors.' The sailors were disturbed by these words and asked their tribunes what they should do. Finally, the men decided to take up arms and then they advanced.

traitor: proditor, proditoris (m.)

OR

B. Read the following passage and answer, in English, **all** the questions which follow.

(Many women visit Coriolanus, including his mother and wife, and ask him not to attack Rome.)

Veturia, magna aetate mulier, mater Coriolani, et Volumnia uxor duos parvos filios ferens secum, in castra hostium ibant; et quod armis viri defendere urbem non poterant, mulieres precibus lacrimisque defendebant. Ubi ad castra ventum est, nuntiatumque est Coriolano adesse ingens mulierum agmen, primum multo obstinatior adversus lacrimas mulierum erat.

Dein amicorum quidam 'nisi me fallunt oculi' inquit, 'mater tibi coniunxque et liberi adsunt.' Cum Coriolanus ad matrem complectendam cucurrisset, mulier in iram ex precibus versa 'sine me scire, priusquam amplexus tuos accipio' inquit, 'utrum ad hostem an ad meum filium venerim, utrum captiva an mater in castris tuis sim.' Fletusque ab omni turba mulierum ortus et comploratio sui patriaeque virum tandem fregerunt. Complexus inde suos dimittit; ipse retro ab urbe castra movit. Apud Fabium, longe antiquissimum auctorem, Coriolanum usque ad senectutem vixisse invenio.

prex, precis (f.): prayer.

obstinatus, -a, -um: firm, obstinate.

complector, complecti: I embrace.

amplexus, -us (m.): an embrace.

fletus, -us (m.): crying.

comploratio, complorationis (f.): weeping.

- (i) How is Veturia described in beginning of this passage? (6)
- (ii) Who did Volumnia bring with her into the enemy camp? (4)
- (iii) Why did the women need to defend the city? How were they defending it? (8)
- (iv) At first, what was announced to Coriolanus? (4)
- (v) How did Coriolanus react to the tears? (6)
- (vi) What did a friend of Coriolanus then tell him? What was Coriolanus' reaction? (8)
- (vii) How did the mother of Coriolanus react when she saw him? (6)
- (viii) What information did she want to get from him? (10)
- (ix) How did the other women react to her words? (4)
- (x) How was Coriolanus affected by this situation? (6)
- (xi) What actions did Coriolanus then take? (8)
- (xii) According to the author Fabius, what became of Coriolanus after this event? (5)

2. Translate into English **one** passage from Section A and **one** passage from Section B. [130]

A. (i) (*Pallas the ally of Aeneas has died in battle. When the funeral procession of Pallas has passed by, Aeneas speaks to bid him farewell.*)

hastam alii galeamque ferunt; nam cetera Turnus
victor habet. tum maesta phalanx Teucrique sequuntur
Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis.
postquam omnis longe comitum processerat ordo,
substitit Aeneas, gemituque haec addidit alto:
'nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
fata vocant: salve aeternum mihi, maxime Palla,
aeternumque vale.' nec plura effatus ad altos
tendebat muros gressumque in castra ferebat.
iamque oratores aderant ex urbe Latina.

Virgil (65)

galea, -ae (f.): helmet	phalanx, phalangis (f.): a troop of soldiers.
Teucri, -orum (m.): Trojans.	Tyrrheni, -orum (m.): Tyrrhenians.
Arcades, -um (m.): Arcadians.	subsisto, -ere: I stop.
aeternum: forever.	Pallas, Pallantis (m.): Pallas. gressus, -us (m.): footstep.

OR

A. (ii) (*Neptune releases a flood upon the earth; the entire world is under water.*)

ipse tridente suo terram percussit, et illa
intremuit motuque vias patefecit aquarum.
exspatiata ruunt per apertos flumina campos
cumque satis arbusta simul pecudesque virosque
tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.
si qua domus mansit potuitque resistere tanto
indeiecta malo, culmen tamen altior huius
unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres.

Ovid (65)

tridens, tridentis (m.): trident.	percutio, -ere: I strike.	patefacio, -ere: I open.
exspatiatus, -a, -um: overflowing.	sata, -orum (n.): crops.	arbustum, -i (n.): orchard.
penetrare, -is (n.): inner-shrine.	indeiectus, -a, -um: undamaged.	
culmen, culminis (n.): roof.	gurgis, gurgitis (m.): flood.	turris, -is (f.): tower.

- B. (i)** *(After learning first hand of Catiline's plans to overthrow the government, Cicero decides to assemble the senators for an emergency meeting. He addresses the audience, which to his surprise includes Catiline, and reveals to everyone what Catiline has been plotting.)*

Senatum in aedem Iovis convocavi, quod domi meae paene interfectus eram, et rem omnem senatoribus narraui. Tum huc Catilina venit. Quis senator eum appellavit? Quis salutavit? Quis eum non ut ferocissimum hostem aspexit? Principes etiam senatus partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, inanem reliquerunt.

Quaesivi a Catilina utrum in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset necne. Cum ille, homo audacissimus, primo silens mansisset, ego cetera docui. Dixi enim quid ea nocte egisset, quid in proximam noctem constituisset, quomodo ratio totius belli ab eo parata esset. Quaesivi quid dubitaret proficisci eo et quo iam fugere pararet.

Cicero (65)

subsellium, -i (n.): a seat in the senate.
quaero, -ere: I want to know.
conventus, -us (m.): gathering.
sileo, -ere: I am silent.
quid: why.

inanis, -is, -e: empty.
nocturnus -a, -um: night-time, at night.
M. Laeca = M. Porcius Laeca.
ratio, rationis (f.): plan, plot.

OR

- B. (ii)** *(Sallust tells how Bocchus betrays Jugurtha to Marius and Sulla. When news of their victory travels back to Rome, Marius is elected consul.)*

Deinde ubi dies advenit et Boccho nuntiatum est Jugurtham haud procul abesse, cum paucis amicis et quaestore nostro procedit in tumulum facillimum visu omnibus. Eodem Jugurtha cum plerisque aliis inermis, ut imperatum erat, accedit ac statim signo dato undique ab insidiis invaditur. Ceteri occisi, Jugurtha Sullae vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est. Per idem tempus adversus Gallos ab ducibus nostris male pugnatum est.

Quo metu Italia omnis contremuit. Postquam bellum in Numidia confectum est et Jugurtham vinctum adduci Romam nuntiatum est, Marius consul absens factus est et ei decreta est provincia Gallia. Eo tempore spes civitatis in illo sita est.

Sallust (65)

quaestor, quaestoris (m.): quaestor.
adduco, -ere: I lead to.

vincio, -ire: I tie up, chain, restrain.
sino, -ere: I place.

3. Answer **either** Section A **or** Section B.

[90]

A.

(i) Translate into English.

(60)

Ab eodem imperatore classem magnam et ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammata raperetur, superatam esse atque depressam; magnas hostium praeterea copias multis proeliis esse deletas patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui antea populo Romano ex omni aditu clausus fuisset; Sinopen atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornatas ac refertas ceterasque urbes Ponti et Cappadociae permultas uno aditu adventuque esse captas; regem spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges atque alias gentes supplicem contulisse; atque haec omnia salvis populi Romani sociis atque integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor haec esse laudis, atque ita, Quirites, ut hoc vos intellegatis, a nullo istorum, qui huic obtrectant legi atque causae, L. Lucillum similiter ex hoc loco esse laudatum.

Cicero

(ii) Answer **any three** of the five questions below. (Each question carries ten marks.) (30)

- (a) According to Cicero, what qualities should the ideal general have?
- (b) How did Cicero describe the flight of Mithridates from his kingdom?
- (c) Comment on the view that Cicero was promoting his own interests as well as those of Pompey in the *Pro Lege Manilia*.
- (d) Why did it become necessary for Rome to attack Mithridates?
- (e) Write notes on **any two** of the following:

Sertorius; Medea; equites; Lucullus.

B.

- (i) Translate into English. (60)

at pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
ut primum lux alma data est, exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras,
qui teneant—nam inculta videt—hominesne feraene,
quaerere constituit sociisque exacta referre.
classem in convexo nemorum sub rupe cavata
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
occultit; ipse uno graditur comitatus Achate,
bina manu lato crispans hastilia ferro.
cui mater media sese tulit obvia silva,
virginis os habitumque gerens et virginis arma
Spartanae, vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Hebrum. **Virgil**

- (ii) Answer **any three** of the five questions below. (Each question carries ten marks.) (30)

- (a) Outline the plea of Venus to Jupiter on behalf of the Trojans in Book 1.
- (b) Comment on the purpose and effect of similes in Book 1.
- (c) Comment on the view that Book 1 of the *Aeneid* shows the cruelty of nature.
- (d) Based on your study of Book 1 of the *Aeneid*, what is your impression of the character of Aeneas?
- (e) Write notes on **any two** of the following: Ajax; Diomedes; Ceres; Neptune.

4. Answer parts (i), (ii), and (iii). [30]

- (i) Answer **either** (a) **or** (b). (10)

- (a) Name and explain the case of *caelo* and the mood of *iactemur* and *doceas* in the following lines:

et, quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
iactemur, doceas.

- (b) Name and explain the case of *Romae* and *solutione* and the mood of *concidisse* in the following line:

scimus Romae solutione impedita fidem concidisse.

- (ii) Give the principal parts of **any three** of the following verbs:

premo, adsto, condo, iuvo, utor. (10)


- (iii) Name the metre of the following line and mark the quantities:

spargit agrestes tibi silva frondes (10)


5. Answer **any three** of the six questions below. (Each question carries twenty-five marks.) [75]

- (i) Explain how the domestic reforms introduced by Augustus influenced Roman society. In your answer, discuss at least **two** areas of reforms, such as: government, law, architecture, religion, social norms, etc.
- (ii) 'The reign of the emperor Nero revealed a man under the influence of others, willing to indulge his own desires and showing signs of madness at times.' Discuss this view.
- (iii) Write notes on **any two** of the following:
Sextus Pompeius; the capture of Judea; emperor worship; Vitellius; Nerva.
- (iv) Give an account of the life and works of **either** Livy **or** Ovid. Describe the relationship between your chosen author and the emperor Augustus.
- (v) 'Roman temples are the result of outstanding construction and design, and they also served the practical function of religious worship.'
Comment on this view with reference to at least **one** temple.
- (vi) Look at Photographs **A**, **B** and **C**, and answer **two** of the following questions.
 - (a) Describe the main features of Roman portrait sculpture. Support your answer with reference to details in Photograph **A**.
 - (b) Outline the themes depicted in Roman mosaics, and describe **one** method used to construct them. Support your answer with reference to details in Photograph **B**.
 - (c) Name the monument shown in Photograph **C**. Explain how this monument is a rich source of information for Roman history.

A.



B.



C.



There is no examination material on this page.

There is no examination material on this page.

Acknowledgements

Images:

Page 7- Photograph A: Museo Vaticano, <http://www.lankaart.org/article-31639194.html>

Page 8- Photograph B: Dave & Margie Hill, <https://commons.wikimedia.org/w/index.php?curid=30180512>

Page 9- Photograph C: Livioandronico2013, <https://commons.wikimedia.org/w/index.php?curid=40640298>

There is no examination material on this page.

Copyright notice

This examination paper may contain text or images for which the State Examinations Commission is not the copyright owner, and which may have been adapted, for the purpose of assessment, without the authors' prior consent. This examination paper has been prepared in accordance with Section 53(5) of the *Copyright and Related Rights Act, 2000*. Any subsequent use for a purpose other than the intended purpose is not authorised. The Commission does not accept liability for any infringement of third-party rights arising from unauthorised distribution or use of this examination paper.

Leaving Certificate – Higher Level

Latin

Monday 26 June

Afternoon 2:00 – 5:00